

## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

Modus 1. Considerando Personas, Verba, Opera, quæ in Passione  
inveniuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

ac innovatam occupationem, qua devoti, perfectique viri, pro suo quisque, tum gradu, tum fervore, saluberrimè uti solent, hoc tempore ego pertractandam mihi non sumo. Deinde verò non Meditationes in Passionem describendos mihi statuo. Quanquam enim modis Paradigmata passim subjiciuntur, quæ etiam Meditationes sunt, hoc tamen nonnisi ideo agitur, ut modis ipsis major quædam lux apponatur. Igitur ut propositum meum exequar, sit jam Tractationis initium.

## MODUS I.

### *Passionem Dominicam meditandi.*

**J**uxta rationem meditandi à Sancto Patre nostro IGNATIO traditam, & à nostræ Societatis hominibus usurpari solitam, assumantur ad meditandum singula mysteria Dominicæ Passionis, juxta contextum historiæ, ab Evangelistis descriptæ: in eisque debitâ devotâque diligentia, recogitentur. 1. quidem Personæ, v. g. Christi, Matris ejus, discipulorum, persecutorum, Patris æterni, Angelorum, Dæmonum, expendendo singularum Personarum conditio- nes: ex eaque expensione documenta eruendo, & affectus eliciendo, proposita concipiendo. 2. autem Personarum verba, seu verè seu probabi- andi, liter dicta, dicendave attendendo, atque ex eo- rum ponderatione, doctrinas, & affectus, pro- positaque propriæ meditantis conditioni idonea- c, cir- elicendo. 3. Demum operationes Personarum singularum considerando, factâque reflexione que super proprium statum, ac modum vivendi, do- cumenta

cumenta similiter, affectus, ac proposita competentia exercendo: ac totum Meditationis negotium debitum postulationibus, atque colloquio cum Deo, & Christo &c. concludendo. Paradigma hujus meditandi modi, proderit hoc loco subtexere: confectum ad instar ejus, quod Sanctus Pater Noster IGNATIUS, in suo Exercitiorum libro, Hebd. 2. die 1. expressum habet, de JESU Christi Incarnatione.

Oratio Præparatoria præmittenda Meditationi erit, quâ petamus à Domino gratiam, ut vires, operationesque nostræ omnes, sincerè ad ejus gloriam, & obsequium tendant.

PRÆLUDIUM I. erit. Proferre in medium summariam Passionis Dominicæ (aut partis ejus) meditandæ historiam. Quomodo Dominus noster JESUS Christus, quem æternus Pater ex ineffabili dilectione sua in mundum misit, usq[ue] salvaretur mundus per ipsum: adveniente iam tempore præstituto, Hierosolymam (locum scilicet Passionis suæ futurum) venerit, inibi consummaverit omnia, quæ scripta fuerant de illo per Prophetas. *Traditus enim est gentibus, & illus, & flagellatus, & consputus, & postea in Crucem occisus, per manus peccatorum. Quæ dum suo incumbebant sceleri, famulabantur Salvatori, & humani generis ministrabant redemptioni.*

PRÆLUDIUM II. erit. Imaginariè videtur Hierosolymam universam, in cuius diversis locis Dominus noster, salutem nostram, per passionem suam operatus est. Talis locus est Cœnaculum, in quo lotis Apostolorum pedibus instituit Sacrificium, & Sacramentum altaris, super quem memoriale Passionis: talis est Hortus Gethsemane.

*Luc. 18. 31.*

com  
is ne  
oquii  
Para  
c loci  
d San  
cictio  
et, d  
edita  
ut vi  
erè a  
medi  
parti  
Dom  
Pater  
sit, u  
e jan  
n scille  
con  
le ill  
S illu  
Cru  
o in  
ri, &  
viden  
s loci  
affio  
cœna  
insti  
, suæ  
Geth  
eman

semani, in quo usque ad sudorem sanguineum oravit: talis domus Annæ, Caiphæ, Pilati, Herodis, talis mons Calvarius, &c.

PRÆLUDIUM III. Continebit gratiæ postulationem, ut intime cognoscam, quo pacto Dei Filius Passus, Crucifixus, Mortuus sit pro me, proque humano genere universo, ut ardentius ipsum amem, & abhinc ei serviam, ipsumque imiter studiosius.

Punctum I. Speculabor Personas, quæ in Passione Christi partes suas habuerunt. Et Primò, universum genus humanum, in miserrima licet peccati & Diaboli captivitate positum, tamen nihil minus sentiens, aut cogitans, quam lachrymabilem statum suum: sed omnes homines veluti conspiratione factâ, junctisque manibus, & passibus, & studiis, in tartararuere. Deinde contemplabor Æternum Deum, tactum commiseratione cordis sui Divini intrinsecus, Filium suum pro salute hominum ad mortem crucis mittentem, cumque propter scelus populi sui, duro Passionis flagello castigantem. Præterea contemplabor Dei Filium offerentem sese Passioni, ad instar Agni innocentissimi, ad victimam duci, fierique obedientem Patri, usque ad mortem, mortem autem crucis. Insuper Cogitabo Virginem Matremque JESU Christi MARIAM, voluntati Divinae devotissimam, etsi acerbissimè Passionem Filii sentientem, summa tamen cum animi resignatione, filium suum Æterni Patris voluntati per omnia consignantem. Cogitabo post hæc rabiem, Luciferi, totiusque potestatis tenebrarum, qua hostium Christi animos, in cruciatus, & necem ejusdem,

dem, quām crudelissimam exstimulavit: nunc  
mittendo in cor Judæ consilium ejus vendendi,  
nunc in cor Judæorum, Principum propositum  
emendi, & fundendi sanguinem illius, &c. Con-  
siderabo etiam, Principes Judæorum omnino ob-  
firmatos in necem Christi, & nec sumptibus, ne-  
que curis parcere, modò suum in Christum  
odium exsatient: jamque pacisci cum Judâ, jam  
cogere, mittere, comitari cohortem, & mini-  
stros, ad eum capiendum, jam captum rapere  
ad sua conciliabula, inibi de eo quæstiones ha-  
bere, falsis testibus obruere, reum mortis pro-  
clamare, jam viactum Pilato tradere, Herod  
adducere, necem ejus apud Pilatum urgere  
sanguinem ejus super se, superque filios suos ul-  
trò recipere. Contemplabor & Pilatum Präsi-  
dem, initio quidem pro Christo multū satage-  
re, innocentis mortem à se amoliri: ad extre-  
mum tamen metu & clamoribus tumultuantis  
um victum, post diram flagellationem morti  
Crucis Christum addicere. Contemplabor & ter-  
Herodem, viso JESU gaudentem primò, deinde fana-  
eundem cum suo satellito despicere; & illusum dacia-  
veste albâ Pilato remittere.

Insuper, milites totos in Christi cruciatū in Deu-  
cumbentes attendam, vinculis, verberibus, pugnati-  
nis, colaphis, raptationibus, flagellis, virginecepti-  
spinis, clavis cruce s̄avientes. Denique contem-  
plabor amicos Christi, quosdam procul, eo re debi-  
licto fugere, quosdam præmetu abnegare, alios ad Pa-  
à longè stare, alios de malis ejus lamentari, res a  
Matrem cum Joanne juxtâ Crucem esse.

Holo-  
Ex his omnibus singulisque Personis consi- placu-  
deratis, aliquas doctrinas fructuosas decerp- scrip-  
do, V.

do, affectusque congruos excitando, ad me reflexionem faciam. v. g. de ruina cæcitatemque hominum, & meâ propriâ dolebo ac lugebo. Mirabor & laudabo Dei misericordiam, Christi charitatem in nos, & in Patrem obedientiam. Matris amplectar resignationem in Dei placitum, execrabor Luciferi malitiam, Judæ cum avaritiâ perfidiam, Judaorū invidentiam, odium furorem, Herodis temeritatem, Pilati meticu-losam ignaviam, iniquitatem, inconstantiam. Compatiar Christo inter crudeles ministrorum manus fatiscenti, sequar & lamentabor Christi injurias, adstabο ejus Crucis meque discipulum profitebor, fugam meam à Christo, & abnegationem toties factam deprecabor, & plangam, Matri compatiar, &c.

PUNCTUM II. erit. Auditu interno excipere verba, & sermones, jam recensitarum Personarum. Puta universorum hominum, pro varietate studiorum, & affectionum, quosdam ut terrena sapere, ita & loqui inter se: quosdam in defana fabulari, alios fæda & absurdā, alios mēnus dacia, perjuria, blasphemias, maledicta, adulaciones, convitia, calumnias ruſtare invicem, &c. Is in Deum Patrem æternum contrà, loqui misericordiam, & pacem super filios hominum; dare præceptum mortis unigenito suo, pro salute humani generis. *Sit tradideris pro peccato animam tuam, vi-* Isa. 53.10.  
*co re debis semen longevum.* Rursus Filium Dei dicere alios ad Patrem. *Sacrificium & oblationem noluisti, au-* Psal. 39.7.  
*ntantes autem perfecisti mihi Pater, & corpus aptasti.*

*Holocaustum & pro peccato non postulasti, non tibi onus placuerunt, tunc dixi. Ecce venio, In capite libri Hebr. 10.9.*

*pencriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam. Deus*

*do. V. P. Druzb. Op. VIII.*

B

meus

*Pf. 39. 8. meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Pater  
Matt. 26. 42. mi, si non potest hic calix transfire nisi bibam illum  
fiat voluntas tua.*

Devotissimam quoque Christi  
Matrem audire licet dicentem, & benedicentem  
Deum in consilio suo, super redimendo genero  
humano, per sanguinem & mortem Filii sui  
offerentem quoque Filium ipsum suum, & se  
una cum Filio suo: si ita placitum foret ante Pa-  
trum æternum, ad omnem cruciatum, supplici-  
umque Crucis. Audiam etiam, Luciferum, &  
Judæos, veluti uno ore, uno certè furore,

*Joan. 12. 19. odi spiritu dicentes. Videtis quia nihil proficimus  
ecce totus mundus post eum abit: hic homo multi-*

*Sap. 2. 15. signa facit: contrarius est operibus nostris: gravis  
est nobis etiam ad videndum. Filium Dei se nominat*

*Hier. II. 19. venite circumveniamus eum: mittamus lignum in  
panem ejus. Contumeliam & tormento interrogemus  
eum. eradamus nomen ejus de terrâ viventium: &  
nomen ejus non memoretur amplius. Parimodo Pi-  
latum, Herodem, milites, audire licebit loquen-  
tes adversus Dominum, & aduersus Christum  
ejus.*

Atque ex his omnibus factâ reflexione supe-  
me, elicitis affectibus, conceptisque propositi-  
fructum ædificationis internæ decerpam, pro  
materiæ exigentiâ, & pro luminis interni di-  
ctamine.

PUNCTUM III. erit. Actiones quoque at-  
tendere, & expendere Personarum prædictarum  
Quomodo v. g. Homines per totum mundum  
inhabitantes, pars suis negotiis curisque distent  
agros colunt, domos ædificant, plantant vineas  
aucupiis, piscaitu, venatu, vitam agunt: eunt alii  
in viscera terræ, alii faciunt operationes in aqua,  
multis

mūltis, alii mutuas in cædes ruunt, belliis, rapi-  
nis, furtis, latrociniis, rixis, commessionibus,  
lasciviis, vitam impendunt, omnes securi perdi-  
tionis æternæ. Porro æternus Pater, filium suum  
velut Abrahamus Isaacum, passioni & morti tra-  
dit, pro genere humano. Filius porro obedi-  
entissimus, sicut mandatum dedit ei Pater, sic fa-  
cit: & totum Passionis suæ calicem haurit, to-  
tumque opus redemptionis nostræ exequitur, &  
animam suam ponit pro ovibüs suis. Nec quis-  
quam tollit animam ejus ab eo, sed ipse sponte  
suâ, ex dilectione nostri, ex obedientia erga Pa-  
trem cælestem, offertur, quia ipse voluit. Ma-  
ter autem Christi, omnis Passionis ejus exterius  
comes, interius per omnia particeps, secundum  
animam gladio doloris confixa, stetit sub cruce,  
stetit in fide, stetit in dilectione, non erubescens,  
sed deferens, & confitens opprobrium Filii sui  
crucifixi. Diabolus è contra, Judas, Principes  
Judæorum, Pilatus quoque & Herodes, nec  
non eorum ministri, astiterunt, & convenerunt  
in unum adversus Dominum, & adversus Chri-  
stum ejus: vocesque Prophetarum, & figurâ-  
rum, ignorantes, & malevolentes impleve-  
runt.

Ex his omnibus, congruis, ut in prioribus,  
deceptis documentis, factâ super me reflexione,  
exercitis affectibus, elicitis propositis salutatibus,  
fructum meditationis colligati.

COLLOQUIUM postremò subiectum, quo  
stultitiam, & perditionem hominum deplorabo;  
Divinam misericordiam, Christi charitatem, Ma-  
tris ejus pietatem, admirans & laudans prædica-  
bo, Hostium Christi odium, fuorem, invidiam

crudelitatem, cæcitatem, detestabor, deflebo pro mea, totiusque generis humâni redemptio ne gratias agam, salutis studium, & curam, in me aliisque promovere, in Dei miserationibus confidere, Christi obedientiam, humilitatem charitatem, patientiam, aliasque virtutes imitari, pro Christo laborare & pati, Passionis ejus affectus, atque fructus in me, & in proximo derivare constitutam; ad idque auxilium à Patre eterno, per Christi merita, per Matris ejus, Sanctorumque intercessionem petam. Meditatio nem demum oratione Dominicâ & salutatione Angelica concludam.

## MODUS II.

**A**lter modus Passionem Dominicam meditandi est, expendere illam secundum circumstantias ejus; v. g. 1. Quis est qui patitur? 2. Qualis est qui patitur? 3. Quantus est qui patitur? 4. Qua de causa patitur? 5. Quali formae patitur? 6. Quanta sit quæ patitur? 7. Quid e hoc consequitur quod patitur? Quæ omnia fuis verbis sancti Bonaventuræ explicata cognoscere, utile erit. ita igitur ille. *Tomo 2. opusc. opusculo 26. In Parvo bono particul. Hoc opusculum etiam vocatur. Incendiuu amoris.*

Primo, considera, quis est qui patitur, & „subdere per rationis assensum, ut credas firmius, simè ipsum veraciter esse Dei filium, omnium rerum principium, Salvatorem hominum, & tributorem meritorum omnium.

„Secundò, considera, qualis est qui patitur, & ei configurare per compassionis affectum, „scilicet